N.o 56

*Decreta regis Ildephonsi V apud Lucum stabilita contra latrones in Gallaecia grassantes anno 1004*

Hec sunt decreta que dns. A. rex legionensis posuit. **Carta decretorum Regis dni Adefonsi.**

H aliquē de extra uillam antequam querelam suam deponat epō: pectet .c. mr.
Et si aliquis aliquem de extra uillam antequam conquestatur epo .vi. ch. solorum pectet.
Hec sunt decreta que dns. A. rex legionensis posuit. Carta decretorum Regis
et statuit in Gallecia apud lucum. de latronibus. dni Adefonsi.
raptoribus. et malefactoribus. In primis statuimus. quod nullus pignoret. nisi fideius-
sorem uel debitorem. quod si fecerit. et rem ipsam duplatam ei qui passus est
uiolenciam restituat. et regie uoci .c. mor. conponat. Et qui se negauerit esse
fideiussorem uel debitorem: recuperet pignora per fideiussorem. et compleat di-
rectum. Et ille qui pignorauerit. si rem pignoratam insidiatam reddere no-
luerit. aut negauerit se cepisse. si postea conuictus fuerit quasi fur puniatur. Et
si fecerit postea affrontam ante alcalles in uilla ulam de terra terre. et non potuit per
eos habere directum. tunc liceat ei si hic affrontam fecerit. pignorare illum qui
non est fideiussor uel debitor de eadem uilla. uel de eadem terra. ita tamen quod illud quod pi-
gnorauerit. det insidiatum. Constituimus quod nullus pignoret boues. aut animalia
que sunt ad arandum. aut ea que rustici in agricultura secum habuerint. quamuis sit
suus debitor aut fideiussor. Et constituimus quod omnes milites et concilia uillarum
persequantur latrones et raptores. et defendant caminos. ut nullus in eis rapinam
uel furtum faciat. Quod si non fecerint. quicquid in eis ablatum fuerit. domino suo du-
platum restituant. et hoc sic constituimus in terris sicut in uillis. Quod si non fecerint.
tam milites quam alcalles. regie uoci .c. mr. persoluant. et terras amittant. et pro
excommunicatis ab episcopo habeantur. Statuimus etiam ut nullus comparet ab ignoto absque
fideiussore. et si comparauerit. tamquam fur habeatur. Si uero comparauerit de noto. coram? per
concilium. et de talibus qui sint boni testimonij. et ita quod si necesse fuerit. uen-
ditorem exhibeat quem si non habuerit rem simplam domino suo restituat. et nullam
aliam penam pertimescant. Et super hijs omnibus: nullus respondeat alicui
absque actore. Item constituimus quod nullus macellarius sit ausus excoriare
aliquod animalium. nisi in presencia duorum bonorum hominum ad hoc deputatorum.
ex parte regis et concilii. et de die. postea retineat corium per triduum. quod si non
fecerit. .c. mr. regie uoci conponat. et domino animalis dampnum restituat.
Item constituimus quod similes qui tenuit terram regis. uel comendam
alicuius seculari. uel beneficiorum cum illis aliquid dampni inimicis
suis intulerit. ipse solus teneatur de dampno quod eum eis intulit. Unde et
alij non sponte euntes. in nullo noxij habeantur. Quod si aliquis contra hec uenire pre-
sumpserit. pene subiaceat supradicte. Mandamus etiam quod omnes milites ueniant
ad mandatum episcopi in cuius episcopatu fuerint constituti. septimum istud iuratum. et fir-
miter confirmatum. Quod si facere neglexerint ab ipso excommunicentur. et iram regis
incurrant. et domino regi denunciet episcopus. et pro temerario ausu .v. mr. uoci re-
gie milites inobedientes persoluant. Insuper addimus quod si aliquis prefacien-
da iusticia aliquem diffidiauerit. uel ei aliquam calumpniam intulerit. sit proditor regis.
et pro fure habeatur. et omnia bona eius confiscentur. et dominus Rex terram ei aufer-
at. et eum a regno eiciat. et illum qui iusticiam fecerit dominus Rex bona fide et
sine malo ingenio adiuuet. Item si aliquis cepit alium. aut ei res suas

*[Left margin:]*

[illegible]

*Milites, et municipales villarum conventus persequantur latrones, et publicarum viarum securitati invigilent.*

*Milites*

*Milites omnes apud episcopos suarum diecesium fateant se decreta haec observaturos aliasque excommunicatione plectantur, regique denuntientur.*

*[Right margin:]*

*Nullus pignora a debitore vi extorqueat, quique extorserit, et non restituat, puniatur.*

*In pignus non sumantur boves nec alia quaecumque ad agriculturam pertinentia.*

*Nullus emat rem ab homine ignoto absque fidejussore.*

*Nullus macellarius excoriet animalia, nisi praesentibus duobus viris bonis.*

*[Bottom note:]*

*Magister Paulus Rodriguez ad calcem hujus scripturae ab eo transcriptae in libro ... Tumbo Novo fol. 177 ait non fuisse dispositam a rege Ildephonso V, sed VIII, aliis IX, propterea quod Era 1042 addit numerum centenarium; ita quidem ut deberet scribi Era 1242. sed nullo gravi id asserit fundamento, ut in nota a me ibidem apposita videre potest.*

Archivo Histórico Nacional, Códice 1043, fols. 27v-28r.
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte.
Registro Memoria del Mundo - UNESCO: 2013.

abstulit. et eum coegerit dare fideiussoriam vel aliam securitatem. ut non cogatur domino Regi vel principi vel episcopo: dampnum quod intulit in duplum restituat: et regie voci C. morabetinos persoluat. et pactum quod extorsit: nullam habeat firmitatem. Et si ille malefactor vel maiorinus terre fideiussores hominis pignorauit duplet pignora et regie voci C. morabetinos pectet. et insuper a diocesano episcopo excommunicetur. Facta apud Lucum. Era. M. x. ij. et quotum iiij. idus nouembris.

Merino

**Inventarium donationis principis domni Adefonsi.** III.

anno 897

Privilegios Reales n. 41

el Rey Dn Alonso

Celicole gloriose domine ac patrone inuiolate uirginis sancte Marie cuius uenerabiles reliquie sunt condite in ecclesia lucensi in prouincia gallecie. Nos famuli tui adefonsus princeps filius ordonii regis et exemena regina una cum domno recaredo lucensi episcopo per cuius instinctum studuimus ecclesie tue statum reparare et ampliare. et quod decessores nostri lucensi sedi dederunt confirmare pro Christi amore. et in tuo imperio honore. ut per hoc nobis a deo futura cumulentur premia pro quod coram te dispensamus presentia. Quia licet nostra sit erga omnes uirgines et apostolos familiaris oblatio quorum patrocinia expectamus. tamen speciali uoto. et saluberrimo consilio inter maxime confidimus. cuius sacras reliquias habemus. et ad tua limina libentius confluimus quam per te a deo auxilium impetrare credimus. Quam ob rem o sancta et intemerata uirgo maria propitia et ueni ad inuocantes te tam e celo ubi prees angelorum choro. quam et hic ueni et suscipe quantitates et sinceritates fidei nostre et famulorum meorum filiorum nostrorum. Garseani. ordonii. Gundisalui diaconi. froile. et Ranimiri. et pro omnibus nobis aures sepius implora diuinas. te enim intercessorem nostre orationis querimus. te protectorem ac deffensorem nostri reatus inuenire speramus. ut per tua suffragia nostra absoluta uincula peccaminum. et post decursum uite transducatur ad meliora. Igitur o bone domine nostri quid retribuemus. aut in quo tibi placere possimus. pro tam magno bono quod nos facis? ecce enim nec placere tibi possumus quod uiuimus. quod regno prediti sumus. Quis enim ualeat miserationis beneficiis tuis compensare. quando et omnia nostra tua sunt? Neque enim bonorum nostrorum indiges. sed restat nobis ut te sic toto deuocione credamus et tuis mandatis ita obsequamur. quemadmodum te colendum precepisti per tua sancta oracula. Nam quis audet tibi domine edificare domum ad inhabitandum. uel tua tibi dare. nisi tu domine percipes et inspiraueris. Siue ergo domine de dispositu tuo! cordi nostro auge et locupletare domum matris tue. et te pregente peregimus non ut debuimus. sed ut potuimus. quantum nos tu domine posse fecisti et uoluisti. Da ergo ut semper in ueneratione tua mens nostra permaneat ac de eo quod accepimus a te sepe complaceamus tibi pure oblationis instinctu. Itaque domine offerimus tuo et in gazophilacio gemitus precelse nos et filios nostros famulos tuos prius. deinde confirmamus cautos quos posuerunt patres nostri reges sicut in testamentis suis legitur. et in perpetuum dicamus uasa ministerii diuini. et tecta templi duo milia solidorum argenti. duas cruces argenteas deauratas. candelabrum de argento cum lucerna argentea per se ipsis lucerne beneficiis. ibique nomina nostra litteris scripta. calices. iii. argenteos. Item alium calicem maiorem. cum sua patena. tres capsas argenteas deauratas. quatuor dictacos eburneos. coronas et offertoria argentea. turibula. et tres aquamaniles de argento. casulas. iiii. dalmaticas v. tria signa erea. induuie altarium. xii. ad duodecim altaria. uestimenta sacerdotum et leuitarum

Postea fuit rex. Ordonius II etiam rex.

Froila fuit etiam rex.

quo

Solidum tunc temporis erat sexta pars unciae, ita ut valeret tres regales (reales vellon) et parum amplius.

Nomina regis Ildephonsi III, reginae Exemenae, et principis Ordonii inscripta erant in his lucernis. Haec et alia sacra vasa, quae Rex Lucensi ecclesiae dono dederat, abs dubio sunt illa quae cum aliis regina Urraca ex thesauro ejusdem ecclesiae sumpsit ad solvenda militibus stipendia. Videas fol. 11 in verso.

De coronis videas quae diximus ad fol. 3

Jam igitur saeculo ecclesiae IX multa erant in templis altaria, et non unicum sicuti antea. Videas Bona, et Cabassutium.

Inventarium donationis principis Dni Adefonsi

Archivo Histórico Nacional, Códice 1043, fols. 27v-28r.
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte.
Registro Memoria del Mundo - UNESCO 2013.